







1773, 59

OBSERVATIONES  
IVRIS ECCLESIASTICI

ILLVSTR. ICTOR. ORD. AVCTORITATE

PRAESIDE

D. DAVID GOTTFRIED AEGIDIO  
WILKE

P. P.

SER. ELECT. SAX. IN SVPR. LVS. INF. REG. CONSIL.  
EIVSDEMQUE CVRIAE PROVINC. CONSIST.  
ECCLESIAST. LIPS. ET FAC.  
IVRID. ASSESS.

D. XIX. MART. A. O. R. CIOIOCCCLXXIII

H. L. Q. C.

PVBLICE DEFENDET  
IOHANNES GOTTFRIED ALLICH

DRESD.

---

LIPSIÆ

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



OF ERRATA  
HARRIS COLLEGE  
NEW YORK  
D. DAVID GOTTFRIED AEGIDIO  
W. I. K. H.

ERRATA  
EVIDENTIA  
RECHERCHES ET FAC  
TRIO ASSER  
D. XIX. PART. AL. G. M. G. P. S. C. C. K. M. M. I.

ERLICH D. P. S. P. T.  
JOHANNES GOTTFRIED AEGIDIO

L. I. P. S. A. S. T.  
EX OTTAVIA P. S. T. H. A. M. M. I.







## OBSERV. VII.

*In actione ex Mandato regio Zabeltizensi instituta super  
promissione matrimonii, stupratori iusiurandum  
deferre licet.*



Quamquam copula carnalis ex ipsa Iuris Ca-  
nonici dispositione

c. 3. X. de spons. duor.

c. 31. X. de spons.

nec sponsalia nec matrimonium validum  
reddere potest, nihilominus tamen multi Theologorum  
et Ictorum quondam in ea fuerunt opinione, etiam spon-  
salia clandestina, si concubitus accesserit, ab eo tempore  
pro publicis esse habenda. Inde etiam factum, quod illi,  
qui cum puella concubuerat, iuramentum purgationis  
imponeretur, quod in hoc ipso actu matrimonium non





promiserit. Sublata vero est haec opinio atque dissensus Dicasteriorum per decisionem Electoralem LXXXI. addita ratione *dass dergleichen leichtsinnige Leute nicht Ursache nehmen durch ihr unzuchtiges Leben desto eher in Ehestand zu kommen.*

Ne vero etiam puellae aut foeminae bonae famae ab impudicis hominibus spe promissi matrimonii vitatae omni legum auxilio destitutae viderentur, sanxit serenissimus Saxoniae legislator in mandato, Zabeltizii ao. 1648. die 16. Nouembris emisso et in Decif. nouiss. 31. anni 1746. repetito, vberiusque declarato: Si persona sui iuris, et separata oeconomia instructa, puellae vel foeminae bonae famae et honestis parentibus natae, his insciis stuprum intulerit, et matrimonium promiserit, parentes vero nimiam familiaritatem harum personarum sciuerint, nec foeminam de ea dehortentur, tunc nihilominus, si aliae iustae dissentendi causae a parentibus allegari nequeant, ad matrimonium consummandum omnino agi, parentesque ad consensum supplendum compelli debere. Sane multa sunt quae mandatum hoc laudatum desiderat cuiusque probatio difficillima esse solet, quoniam ea omnia clanculum, et nullis adhibitis testibus, vti credere fas est, peraguntur. Sed quaeris forsitan: quis vetat super his omnibus iusiurandum deferre? Si ea intelligis, quae ad conditionem personae spectant, et facta parentum concernunt, nulla lex prohibet, ast si super concubitu spe inuendi matrimonii perpetrato iurisiurandi delatione vti velis, obstare videtur Decif. 32. an. 1746.

*Wenn eine Eheversprechung heimlich, ohne consens derer Eltern, oder auch da diese nicht vorhanden, ohne Zeugen geschehen, kann dem Theil, so solche verneinet, wenn gleich derselbe*



*selbe des Beysehls geständig, der Eyd darüber nicht deferiret werden etc.* Quid quaeso clarior esse potest hac ipsa lege? Nihilominus tamen recepta est opinio Consistorii Lipsiensis etiam hoc factum conscientiae stupratoris posse relinqui. Nec, si rem accuratius consideres, legi allegatae haec sententia repugnat. Etenim verum est, cessat in omnibus sponsalia clandestinis iurisiurandi religio. Sunt autem sponsalia clandestina, quae in scis et non consentientibus parentibus, aut si hi deficiunt, sine testibus contracta. Iam vero si ex mandato Zabeltizeni parentes ex praesumpto consensu, vel dissensu tempestive haud declarato cogi possunt ad consensum supplendum, imo ad consummandum matrimonium agere permittitur, putasne hoc loco adesse sponsalia clandestina? publicis potius aequiparantur, super quibus iurisiurandum deferre ex ipsa decisione nouissima 32. indubitate licet. Quare etiam Consist. Lips. Mens Iunii 1771 in causa H. contra R. sacramenti praestationem iniunxit additis rationibus:

*dass die 32te neueste Decision auf besagten Fall um deswillen, weiln ein dergleichen Ehegeübniß theils denen sponsalibus clandestinis nicht gleich zu achten, theils auf andere Weise, als die Gewissensrührung schwerlich zu erweisen möglich, nicht zu appliciren.*

## OBSERV. VIII.

*Propter insidias vitae fructus matrimonium dissoluitur.*

**E**x doctrina Pontificum matrimonium tanquam sacramentum, quod vti Bonifacius VIII. in C. vnico de





voto et voti redemptione in 6to ait: *ab ipso ecclesiae capite rerum omnium conditore in paradiso, et in statu innocentiae institutum, indissolubilitatem accepit, nec propter adulterium aut fornicationem sed sola morte potest dirimi.* Quare etiam Innocentius III. C. 8. X. de divortio statuit: *Quicumque dimiserit uxorem suam ob fornicationem et aliam duxerit moechatur.* Ab hac erronea sententia vero diu recesserunt Protestantes, praesertim quod ipse saluator noster Iesus Christus Matthaei V. 32. divortium ob causam adulterii, et Paulus Epistola I. ad Corinth c. VII. malitiosam desertionem tanquam legitimam atque iustam matrimonium dissoluendi causam admittant. Quemadmodum vero arbitraria vocabuli *πορνείας* interpretatio, plures divortii causas inveniendi, ansam praebuit, eas tamen neque omnino defendendas, neque prorsus reprobandas esse censemus. In hoc autem a vera doctrina aberrare non putamus si regulam iuris, ubi eadem est ratio legis, ibi etiam eandem legis dispositionem, attendendam esse existimamus. Quodsi igitur propter fidem conjugalem per adulterium fractam et violatam divortio locus est, cur non idem valeat de insidiis vitae structis? Graviter ait Boehmerus L. IV. titl. 19. peccat in fidem conjugalem insidiator quam adulter: cum nihil magis amori conjugali aduersari eiusque essentiam destruere queat, quam si hostili animo sociam thori quis inuadit, ei que necem intentat atque parat, licet consilio euentus non respondeat. Hinc admittit Consistorium Lips. mens. Sept. 1769. in causa R. contra uxorem, insidias vitae structas, tanquam iustam dissolvendi matrimonium causam.

OBSERV.



❖      ❖      ❖

7

OBSERV. IX.

*Compensatio delictorum in adulterio quidem, non in crimine  
bigamiae, quoad effectum matrimonii dissolvendi  
locum habet.*

Cessat diuortium, ob causam adulterii, si pars laesa delinquenti vel expresse vel tacite remiserit; Cessat etiam si uterque coniugum adulterium commiserit, et hoc in casu compensationi locum esse testatur Deyling. p. 620. Quomodo enim maritus, coniugi adulterae violationem fidei conjugalis crimini vertere poterit, qui ipse fidem datam eodem scelere commaculauit? Et I. Küstnerus ad Deyling. p. 621. not. i) docet: vxorem, quae absente marito impudice vixit, et adulterium perpetravit, ad instituendam causam defensionis non statim admitti, sed dispensatione summa opus habere; quoniam quidem, in iudicio criminali adulterium ipso iure matrimonii vinculum soluat, in foro ecclesiastico autem declaratio sententiae requiratur, in qua parti innocenti nouae nuptiae prius concedi debeant, ideoque donec hoc non factum, matrimonium adhuc durare. Ex his vero iudubitate sequi videtur eandem rationem adesse etiamsi forte maritus crimen bigamiae, vxor vero adulterium commiserit, quoniam in bigamia aequae ac in adulterio fides conjugalis violata; sed in c. final. X. de adult. expresse dicitur: Paria crimina compensatione mutua delentur. Grauius sine dubio delictum est bigamia, quam adulterium, quoniam posterius sola commixtione carnali committitur, ad bigamiam vero et copula sacerdotalis  
acce-





accedit, qua ipsa fides priori coniugi in conspectu ecclesiae data, noua promissione quasi eiuratur, nunc autem in compensatione mutua aequalitas adesse debet. Quapropter Consist. Lips. ao. 1770. in causa Wolsky, qui bigamiam perpetrauerat, vxori ipsius, quae ante dissolutionem matrimonii stuprum perpessa fuerat, matrimonium, nulla exceptionis compensationis ratione habita, cum stupratore in eundem permisit.





ULB Halle

003 935 957



3


sb.











1773, 59

OBSERVATIONES  
IVRIS ECCLESIASTICI

ILLVSTR. ICTOR. ORD. AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. DAVID GOTTFRIED AEGIDIO  
W I L K E

P. P.

SER. ELECT. SAX. IN SVPR. LVS. INF. REG. CONSIL.  
EIVSDEMQUE CVRIAE PROVINC. CONSIST.  
ECCLESIAST. LIPS. ET FAC.  
IVRID. ASSESS.

D. XIX. MART. A. O. R. C M D C C L X X I I I

H. L. Q. C.

P V B L I C E D E F E N D E T  
IOHANNES GOTTFRIED ALLICH

D R E S D.

---

L I P S I A E  
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.

